

430 In Cap. XXIV. Ecclesiastici.

& locum pedum meorum glorificabo. LXX, ver-
tunt: *Gloria Libani ad te veniet, in Cypariso,*
& pino, & Cedro simul. Has arbores gloriā Libani appellat, que amorem reddiderunt, atque conspicuum Libanum. Sed figuratē & S. Hierony spiritualiter accipiendae cum S. Hieronymo pro viris doctrina & sanctitate præstantibus. Pulcherrima Vir sanctus, & eloquentissimus Martyr Cyprianus, & nostri temporis Confessor Hilarius, nomine tibi videntur excelsa quondam in seculo arbores & dīcīsī Ecclesiam Dei! Ad Religiosas omnes Ecclesiae Familias referenda hæc Ieræ prædictio est: à Religiosorum enim sanctitate, & doctrina habet Ecclesia gloriosum apparatum & ornamentum: Cedrum, buxum, abietem, pinum, Cyparissum, id est, solidas virtutes odorem suavissimum exhalantes, nec carem ullam patientes, quibus speciosè, & sumptuiter ingens Ecclesiae moles construitur, & amplificatur. Unde illico subdit: Et venient ad te curvi filii eorum, qui humiliaverunt te. Et vocabunt te Civitatem Domini, Sion sancti Irael. Ut enim sapienter obseruat Sozomenus lib. 1. c. 12. Per id temporis, qui Monasticum vitæ genus excolebant, cum Ecclesiam maxime omnium illustrare, tum religionem Christianam suis piis vivendi institutis magnopere dilatare visi sunt.

1654 Postremum Ieræ telionum ex c. 61. defumo: cum enim de Ecclesia universalis prænunciasset, subiexit v. 3. Et vocabuntur in ea fortes iustitiae, plantatio Domini ad glorificandum. Hebraicæ fortes justi in ea erunt. LXX. vertunt; generationes iustitiae. Tigruma, & Castro, ac multi ali communiter ex Hebreo transerunt, arbores iustitiae; quod ex sequentibus verbis confirmatur: plantatio Domini ad glorificandum. Vatablus explicat: arbores iustitiae, id est, homines, qui proferant fructus iustos & bonos. Hi procul dubio viri Religiosi sunt, qui quod rectum est, aggreduntur, & peragunt; qui nihil audent, non iustum, nihil volunt nisi quod recta ratio, æquitasque præscribit; qui uberes, ac suavissimos iustitiae, id est, totius sanctitatis, fructus ferunt. Verè ipsi arbores iustitiae: de quibus præclarè Origenes Hom. 16. in c. 26. Levitici. Habemus, inquit, arbores intra nos. Non est fucus, neque malus, nec vitis; sed una arbor iustitia vocatur, alia prudentia, alia fortitudo, alia temperantia nominatur. Et si vis, majorem adhuc arborum multitudinem disce, quibus fortasse dignus putabimur constitutus Paradisus Dei. Est enim ibi arbor pietatis, est & alia arbor sapientie, est & alia disciplina, est & alia scientia boni & mali. Super omnia vero est & arbor vite. Ecce quales arbores in Religiosi Familia enascantur, ecce quales fructus Religiosi ferat status; verè Dei Paradisus, verè plantatio Domini ad glorificandum: id est, ut glorificem me in illis; aut, ut ex illis glorificer, explicat Vatablus. O quam Religiosi apparet Christus Dominus, quam gloriosè exaltatus in sacris Religiosorum Ordinibus! Sic Cedrus, sicut Cypressus, sicut plantatio rosæ, sicut oliva speciosa, sicut plananus. O verè Dei mansus plantatus Paradisus voluptatis.

1655 Numer. 24. 6. Balaam prophanus Vates, irruente in eum Spiritu Dei, exardui mons supe cilio. Israeliticum populum contuens, & in illo Religiosam præsertim Ecclesiæ templans, sic prædicebat: Quam pulchra tabernacula tua Jacob, & tentoria tua Irael! Ut valles nemorose, ut horti juxta fluvios irrigui, ut tabernacula, que fixit Dominus, quasi Cedri

prope aquas. Atqui Origenes Hom. 17. in Nu- meros, haec ad perfectorum cœtum transfert; quorum corpora tabernacula, vel ut ipse ver- tit, *Domus Jacob* appellari putat: Jacob enim corpus laudabile cum continentia, & castitate, nonnunquam etiam cum martyrio decoratur. Eo- rūndem verò animas, tentoria, seu tabernacula Israel vocari existimat: Tabernacula ad ani- mas perficias referri possunt, quibus & nomen à videndo Deum conuenit Iraelis. Quod plane in Religiosum statum apprimè cadit, virosque Religiosos. Hos vocat *valles nemorosa*; He- braicæ, sicut valles expandentes, scilicet arbo- rum suarum ramos. LXX, sicut valles obum- brantes; nec non *Hortos juxta fluvios*. Vel ut Origenes, & alii legunt; ut *paradisi super flumi- na*. Rursus eos appellat *tabernacula*, que fixit Dominus. Vatablus, & Chaldaeus efferunt: ar- bores aromaticas, quas plantavit Dominus. Ac Chaldaeus denique Cedris comparantur, juxta aquas. Audi S. Athanasium in vita S. Antonii. Quis tan- 8. Athana- tum Monachorum agmen asperiens, quis virilem illum concordia cotum cernens, in quo nullus no- cens, nulla derelatio susurrans, sed multitudine abstinentium, non in hanc statim erumpet vocem? Quam bona domus tua Jacob, tabernacula tua Irael! tanquam nemora obumbrantia, tanquam paradisus super fluvios, tanquam tabernacula, que fixa sunt à Domino, tanquam Cedri Libani circa aquas. Quid luculentius? Et quid plura pro Religiosorum cœtu, paradiso deliciarum fertili, virtutum fructibus prædivite, & arborum variâ, & numerosâ prole?

1656 Hinc nova quadam lux affulget illis

Ps. 44. verbis: Astigit Regina à dextris tuis in Ps. 44.

vestitu deaurato circumdata varietate. De Ecclesia sermo est, vel de B. Virgine omnium Imperatrice. Sunt qui per hanc Reginam adumbrari putent Statum Religiosum. Sed quid, quælo, est, quod aurata hæc Ecclesia, vel Deiparæ vestis circumdata varietate sit? Si grammaticalem sensum spectet, & vocem Hebrew Rikmah, seu rekmot, vestimentum com- mendatur non solum aureum, sed varium, va- riegatum, varietate acupictum, seu Phrygionis artis puncturis distinctum. Si verò (ut alii clepha flor. vestis Ec- da, amara, & varia Religiosus status.

origenes. 1657 Si autem principem sensum hujus he- mistichii, circumdata varietate, inspiciamus; & quid artificio illa, pulchra, varia, & amena Ecclesiæ, aut Deiparæ veste adumbratur, scire cupimus, arridet summopere nostri Alcazaris mens serio existimantis, tot tam varia regis Religiosorum Ordinum instituta figurari.

Quæ

Pars III. ad V. 17. 18. & 19. 431

Quæ interpretatio adscribenda in primis est Sancto Bernardo in Apologia ad Guilielmum Abbatem, & Petro Blestensi in Invectiva, & Epist. 97, quibus subscripti nostri Nigronius in Regulas Communes nostræ Societatis in tertia Tituli parte numero 8. & nostri Suarez tom. 4. de Religione Tractatu 9. lib. 1. cap. 1. num. 12. Bernardi verba de Religiosa Ecclesia loquentis, sunt: Quæ unigue tam pluribus, tamque variatur dissimilibus Ordinibus, utpote *Regina*, quæ in *Psalmo* legitur, circumdata varietatibus. Ecce quò spectet illa tam amoena, tam florida in Ecclesiæ seu Deiparæ paludamento varietas. Arborum & plantarum, montium, & vallium imaginibus erat interflinta vestis. Cedrus in Libano, Cupressus in monte Sion, Palma in Engaddi, plantatio rosæ in Jericho, oliva speciola in campis, plananus juxta aquam in plateis, discoloribus filiis, aureisque, ac fulgentibus gemmis & margaritis ibi subtiliter & ingeniose, mirabiliter varietate distinctæ & efformatae conspiciebantur; quibus procul dubio Regularium Ordines inter se fine particulari, munericibus, ritibus, habituque diversi designabantur. Hi Religiosorum Ordines sunt, qui Ecclesiam & Deiparam pulchram exornant varietate, qui tantæ Reginæ multicolorem cultum subministrant. Verè Isaías cap. 49. 18. ad Evangelicam Ecclesiam, ad Dei Gentricem: Omibus bis velut ornamento vestieris, & circumdabis tibi eos quasi sponsa. Sic splendide vestiuntur & ornantur variis Religiosorum Ordinibus. Sed jam de singulis singulatim agamus, prout nostra tu- lerit ingenii tenuitas.

SECTIO XXXVI.

De pervertito, & sacro Carmelitarum Ordine Eliano per montem Galaad, Libani caput, praesignato.

1658 In primis montem Libanum, & eos etiam montes, in quos ipse dividitur, singulis Monachorum religiosis familiis; deinde quatuor illa loca singulatim reliquis Religiorum Ordinibus concinnè, Deo dante, adaptabitur. Atqui ex supra stabilitis n. 1607, mons Libanus παλαιός extat, id est, multa nomina habens juxta montium diversitatem, in quos ipse partitur. Quinque sortit nominata. Ea sunt 1. mons Galaad. 2. mons Libanus. 3. mons Amana. 4. mons Sanir. 5. mons Hermon. Totidem numerare licet religiosas Monachorum familias; quarum princeps, & quasi caput, si pervertula ejus origo expendatur, extat dubio procul religiosissimus Carmelitarum Ordo.

1659 Etenim cum videam hanc nobilissimam familiam à temporibus Prophetarum, & signatim à sanctissimi Eliæ institutione suam trahere originem, & quasi hæreditarium successionem; idque septem Pontificum Sixti IV. Joannis XXII. Juli III. Pii V. Gregorii XIII. Sixti V. & Clementis VIII. auctoritate roboretum animadvertis; cum videam à Sixto V. huic sacro Ordini jure merito datum, ut Elias (ait Jean. Jerosol. cap. 2.) obtenu contemplationis divinae, & desiderio sublimioris sol. projectus, longè ab urbibus recedens, & seipsum cunctis terris, ac mundis exueni, Religiosam, ac prophetalem vitam primus hominum à proposto ducere coepit, quam sancto mandante, & dictante spiritu instituit.

1660 Ex quibus etiam verbis claret, quó pa-

to facer Carmelitarum Ordo caput sit, prin-

milia de sua vetustate detrahere. Id circò sub montis *Galaaditani* typo eam esse predictam *Galaad ca-* ab Ecclesiastico affirmo, præsertim cum non posse *Libani*.

verum à Jeremia cap. 22. 6. *Galaad* caput Libani appellatum: *Galaad tu nibi caput Libani*. *Jerem. 22. 6.* Recte ergo in eo monte, qui caput, & principium Libani extat, ea debet Religiosorum familia adumbrari, quæ vetustatis ordine, caput est, ac veluti principium ceterarum. Nec defunct huic nostræ exsultationi fulcimenta alia. Nonnulla attingo.

1660 Primum defumo ex ipsius sanctissimi Patriarchæ Eliæ patria, & habitacionis loco, ubi religiosum cœtum inchoavit. Ut enim graves obseruant scriptores, & omnium opimè Joannes ille Jerolymitarum Antistes, or- Elias Ga- dine quadragesimus quartus (de cuius auto- laaditanus. ritate, ne illa ex parte nutare possit, dicam inferius) in libro de Institutione primorum *Joann. Jero-* Monachorum cap. 1. *Orius est Elias in civitate Thesba, quæ est in regione Galaad*, quæ ab ipso nomine nomen est fortia, sicut & regia monti illi circumvicia, trans Jordanem sita, in forte di- midia Tribus Manasse. De quo etiam Doro- theus in Synopsi to. 7. Bibliotheca veterum Patrum, & Adrichomius in Tribu Gad, n. 47. vide 3. 17.

1661 Secundò, S. Epiphanius de vita, & in teritu sanctorum, & Dorotheus in synopsi af- firmant, Eliam non solum in regione Galaadis de natum, & educatum, sed & ibidem habitat- se. Neque est improbable (addit. nosler San- tius ad lib. 3. Reg. c. 17.) etiam ibi, antequam in terram, quæ verè promissionis dicitur, aut ipse ultrò, aut certè evocatus à Deo ingredie- tur, extra montem Carmelum instituisse aliquam Religionis formam, & ibi religiosum ha- buisse cœtum, quem tamen postea in montem Carmelum secum adduxit.

Tertiò, expendendum ad rem nostram Mi- chææ testimoniū c. 7. 14. *Pasce, Domine, po- pulum tuum in virga tua, gregem hæreditatis tuæ, habitantes solos in salutis (id est, in Carmelito.) In medio Carmeli pascent Bajan, & Ga- laad juxta dies antiquos.* Postremo hæc verba laudati.

1662 *Intellexit au- tem per Bajan, & Galaad Monachos montis Car- meli: tum primum, quia quā plures eorum erant sol. tunc de regionibus Galaad, & Bajan oriundi: tum secundò, quia Bajan interpretatur pinguis, & catus horum Religiosorum fiebat in medio Carmeli pinguis pascuis divinis, scilicet doctrinis ve- re religionis. Galaad quoque interpretatur acer- vus testimonii; & Deus centum horum Monachorum acervavit in monte Carmeli in testimonium contra populum Hebreorum. Quid pro argumen- to nostro potius & antiquius? Quandoquidem mons Galaad, ejusque etymon, nomen quoque indiderat Eliensis Monachis. Adde, Galaad lo- cum esse, quò Jacob pervenit fugiens Laban Genes. 32, unde interpretatur etiam trans- gratio testimonii; ut designetur illorum Monachorum recessus a pravis & mundanis affectibus, & a communi hominum convictu. Ipse enim*

Elias (ait Jean. Jerosol. cap. 2.) obtenu contemplationis divinae, & desiderio sublimioris sol. projectus, longè ab urbibus recedens, & seipsum cunctis terris, ac mundis exueni, Religiosam, ac prophetalem vitam primus hominum à proposto ducere coepit, quam sancto mandante, & dictante spiritu instituit.

1662 Ex quibus etiam verbis claret, quó pa- to facer Carmelitarum Ordo caput sit, prin-

Libani
multa nomi-
na, & par-
tes.

Vetus
Carmelita-
num.

432 In Cap. XXIV. Ecclesiastici.

Carmelitanae familiæ principatus. principium Libani, id est, cæterorum Monachorum. Ipse enim Elias Monachorum Princeps

Joan. Jerof. Elias Religiosorum Principes, & caput. primus extitit (ut idem loquitur Auctor) à quo sancta eorum præmava institutio sumptu exordium. Consonat S. Hieronymus Epist. 13. ad Paulinum, a quo Elias appellatur Religiosorum Princeps: noster Princeps Elias. Et a Casiiano lib. 1. de Institut. renun. cap. 2. Monachorum exemplum. Et à S. Ifidoro lib. 2. de Offic. cap. 16. hujus propositi Princeps Elias. Atque ita passim à dñissimis scriptoribus vocatur.

Canti. 7. Jerazabel interficiebat prophetas Domini, tunc appariuerunt de monte Galaad: sic enim scriptum est: Et dixit Elias Thesbites de habitatoribus Galaad ad Achab: Vivit Dominus Deus Israel, si erit annis huius ros & pluvia, &c. Hæc dixit, & hæc fecit ille primus auctor & institutor corum qui dñissimi filii Prophetarum, quos fuisse Monachos in veteri testamento consentit auctoritas Patrium venerabilium. Et reuelatione dicitur appariisse, quia jam diuersus institutor eorum Elias, sic repente illuc introdicitur, ut ante nusquam Scriptura meminerit, quis vel unde fuerit progenitus. Hæc vox non pro coco, seu cocineo colore accipitur, ut nonnulli capiunt; sed rectius cum vulgato, LXX. Hieronymo, aliisque antiquis Patribus & Græcis & Latinis, pro Carmelo monte, cuius incolæ extitere Elias, Eliseus, & Monachi alii Elias discipuli, atque imitatores. Noster Alcazar, cum de Ecclesia Religiosa sermonem hic esse putet, Carmelum figuratè capit pro Religiosorum Patriarchis, cum intuitu ad Eliam, ejusque zelum, cum Deo familiaritatem, & orationis efficaciam. Haud dubiè nostræ favet intelligentie, quæ de Elia est, Elianique Monachis, qui in Carmelo præcipuum suæ habitationis sedem constitueré, indeque nomen Carmelitarum fortissimi, qui successionem hæreditariam ab Elia habent. Elias igitur, & in Elia, ejus Religiosa familia caput appellatur, post Christum, Religiosa Ecclesiæ; ideo hæc Carmelo monti simile caput habere dicitur. Hinc opportunè inferas cum Jerosolymitano Præsule Joanne, Omnia Monachorum conversationem sanctam ab Elia, & ab ejus discipulis filiis Prophetarum esse derivatam. Subdit de Monachorum Principibus, seu Patriarchis. Sana doctrina vita monastica fuerunt veluti quidam particulares rivuli ab Elia, tanquam a primordiali, & universalis omnium rivulorum fonte derivati.

Canti. 4.1. 1663 Huc etiam spectasse reor illa Cantico. Et cap. 6.4. 4.1. verba: Capilli tui sicut greges Caprarum, quæ ascenderunt de monte Galaad. Similia habes c. 6.4. Capilli tui sicut greci Caprarum, quæ apparuerunt de Galaad. Conveniunt S. Gregorius Nyssenus Homil. 7. in Cantica, Rupertus l.4. Gillibertus Ser. 22. & Abbas Wolbero, per Capillos debere hic intelligi, Monachos omnes ab Elia derivatos. Sit fatis unum pro omnibus audire Nyssenum, sic loquenter: Fortassis & Elias aliquid nobis ad hanc caprarum considerationem conferet, qui longo tempore versatus in monte Galaad, insignia vite continentis exempla præbuit: formâ squalidus, capillis hirsutus, pro veste molli pelle capreæ tectus. Itaque omnes quotquot ad exemplum Vatis illius vitam suam instituunt, ornamentum Ecclesiæ sunt gregatim (qui Philosophandi mos hoc tempore in usu esse caput) viriuent in conversatione mutua colecti. Quid instituto nostro opportunitus? quid luculentius? Itaque Monachi in Ecclesia universi, similes esse dicuntur Capris de monte Galaad ascendentibus, id est, Elias & ejus Discipulis, à quibus illi suam repetunt originem: id enim significat verbum ascenderunt: nam licet Hispani dicant (ut observat ibi noster Alcazar) contrâ descendere de tal capta, sed Hebrei dictum videtur ascendere, ex analogia nempe arboris & ramorum à radice sua ascendentium. Si vero quæras à Ruperto, quando istiusmodi Caprarum greges ascenderunt de monte Galaad: *Nimirum* (respondet) quando

Carmelitani caput Ecclesiæ exordiant.

Carmelitanorum origo à Galaad. Carmelitani caput Ecclesiæ exordiant. Rupertus.

Jerazabel interficiebat prophetas Domini, tunc appariuerunt de monte Galaad: sic enim scriptum est: Et dixit Elias Thesbites de habitatoribus Galaad ad Achab: Vivit Dominus Deus Israel, si erit annis huius ros & pluvia, &c. Hæc dixit, & hæc fecit ille primus auctor & institutor corum qui dñissimi filii Prophetarum, quos fuisse Monachos in veteri testamento consentit auctoritas Patrium venerabilium. Et reuelatione dicitur appariisse, quia jam diuersus institutor eorum Elias, sic repente illuc introdicitur, ut ante nusquam Scriptura meminerit, quis vel unde fuerit progenitus. Hæc vox non pro coco, seu cocineo colore accipitur, ut nonnulli capiunt; sed rectius cum vulgato, LXX. Hieronymo, aliisque antiquis Patribus & Græcis & Latinis, pro Carmelo monte, cuius incolæ extitere Elias, Eliseus, & Monachi alii Elias discipuli, atque imitatores. Noster Alcazar, cum de Ecclesia Religiosa sermonem hic esse putet, Carmelum figuratè capit pro Religiosorum Patriarchis, cum intuitu ad Eliam, ejusque zelum, cum Deo familiaritatem, & orationis efficaciam. Haud dubiè nostræ favet intelligentie, quæ de Elia est, Elianique Monachis, qui in Carmelo præcipuum suæ habitationis sedem constitueré, indeque nomen Carmelitarum fortissimi, qui successionem hæreditariam ab Elia habent. Elias igitur, & in Elia, ejus Religiosa familia caput appellatur, post Christum, Religiosa Ecclesiæ; ideo hæc Carmelo monti simile caput habere dicitur. Hinc opportunè inferas cum Jerosolymitano Præsule Joanne, Omnia Monachorum conversationem sanctam ab Elia, & ab ejus discipulis filiis Prophetarum esse derivatam. Subdit de Monachorum Principibus, seu Patriarchis. Sana doctrina vita monastica fuerunt veluti quidam particulares rivuli ab Elia, tanquam a primordiali, & universalis omnium rivulorum fonte derivati.

Ad Hebre. 11. 37. **Carmelitarum antiquorum habitus.** 1664 Sed hæc observa, quod Nyssenus recte observavit, Eliam ejusque sectatores Galaaditanis Capris dici perfimiles, quia pro veste molli, pelle capreæ tegebantur. Paulus de hoc veterum Carmelitarum habitu loquitur ad Hebreos 11. 37. Circuerunt in melotis, & in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflitti, quibus dignus non erat mundus. Sic Apostolum illustrat Rupertus Abbas premens Canticorum verba, quæ versamus: nec non Joannes Jerosolymitanus lib. 1. c. 38. Melotes gestasse fundatores primos hujus religionis, Eliam scilicet, & ejus discipulos filios Prophetarum, Apostolus de eis loquens asseverat: Circuerunt in melotis, & in pellibus caprinis. Appellat autem melotem indumentum factum de pilis caprinis; quem habitum olim Monachorum fuisse, Cassianus scribit lib. 1. Instit. cap. 4. Ultimum est habitus Cessianus. eorum pellis caprina, que melotes appellatur. Subinde Elias 4. Reg. 1. 13. vir pilosus, vocatur, non ob capillum oblongum, & horridum, promissam nempe caesarium, barbamque Eremitarum in morem, qua utebatur; sed ob pilosum, & villosum habitum ex pilis caprarum confectum, qui tonsiles sunt, & longi: tametsi alii pilosum appellari autument, quia capræ exuvio, hoc est, pelle caprino corpori detracto una cum lana, induebatur. Unde S. Ephrem. Parren. 1. tom. 1. ajebat: Elias te sua pelle caprina cooperiens, in celos introducit. Quod & Paulus videtur expressisse, in pellibus caprinis. Quid mirum, si Galaaditanis Capris assimilentur Elias, Elianique Discipuli?

1665 Adde si colorem Galaaditanarum caprarum confideres, eum esse subflavum, seu portius subnigrum (Hispanæ, color pardo) certum est apud Interpretes. Quod probant tum ex pabulorum, & aquarum diversitate, ex qua alium, atque alium, pecudes colorem habent; tum etiam (quod mihi probabilius videtur) ex arboribus montis Galaad ibi resinxeris, in quibus caprae adfricantes, & arbustorum musculis, quasi pectinibus, carminantes colorem illum accipiebant subnigrum, seu subflavum. En tibi in Galaaditanarum caprarum colore colore etiam ipsum vestis vel primorum etiam Carmelitanorum designatum. De candido illorum Pallio infra commodius dicam. Si vero aspermissam ipsorum vivendi rationem in capris Galaaditanis velis animadverte, nota montem Galaad arbustis abundare, stictæ, resina, ac myrra pinguis, ut constat ex Genes. cap. 37. 25. & passim obseruant Expositores. Cum autem Galaaditides caprae inter illa aspera dumeta, frutices, & arbustulas amara aromata sudantes versarentur,

Pars III. ad V. 17. 18. & 19. 433

tur, neceesse omnino erat, ut ramuscularum spinis sese quasi pectinibus carminarent, & depilarent, indeque myrræ, & resinæ multum eis adhaerent. Unde pro ascenderunt de monte Galaad, vertas ex Hebræo, defricaverunt, deterserunt inter arbusta sylva. Quoniam nihil commodius poterat excogitari ad defigandas aspermissæ viæ spinas, & amara pœnitentia myrram, qua sese Carmelitani Monachi afflictabant.

De Christi, ac Deipara exaltatione in hac Eliana Carmelitarum familia, vel ab Eliæ temporibus.

1666 **U**T constet, quo jure dictum à Christo. & Deipara sit: Sicut Cedrus exaltata sum in Libano; id est, in Galaad parte Libani nobilissima, & figuratè in Carmelitana familia; dicendum de exaltatione Iesu & Mariae glorioissima in hoc Eliano Ordine, de quo verissime Joan. Trithemius Abbas lib. 1. de laudibus Ordinis Carmelitarum cap. 1. Elegit sibi Deus ordinem Carmelitarum ob suum, Matrisque honorem.

In primis adeo vetus est in sacra hac familia Iesu Christi exaltatus, ut multis retrò scæculis coperit ante ipsum Christum natum, ab Eliæ scilicet, ejusque Monachis. Antiqui hujus montis Monaci (ait Joan. Jerosolym. cap. 28.) eti non nomine, tamen recta fide fuerunt vere Christiani, sicut sunt Monachi moderni; quoniam illi firmam fidem in Christum habuerunt, à quo & animalium salutem speraverunt, pro qua consequenda mundum reliquerunt, & corpora & animas suas obtulerunt Deo. Ecce per fidem, & spem in Christum Christus ipse ab Elianis Monachis mirè exaltatus. Et quidem indubium apud Patres est, ut omnes fideles etiam qui ante Christum vixerint, acceperint Christiani, & eorum fides ac religio Christiana nominetur, ut supra notabamus: in typis enim & umbris id ipsum credebant, quod nos distinet, & explicite. Legendum Sanctus Augustinus Serm. 109. de Tempore, a quo Christianus etiam ille tunc populus appellatur: & Christo anteriores ab eodem Christiani dicuntur. Quo spectant illa Pauli verba ad Hebreos 11. 37. ubi de Elia, Eliæ, antiquaque Monachis Elianis, & Prophætis: Circuerunt in melotis, &c. Et hi omnes testimonio fidei probati. Ad quæ Joannes ille Praeful: Successores igitur illorum SS. Prophetarum, qui in eremo montis Carmeli habitabant, ab ipsis Prophetis incunctanter traditum tenebant, Christum pro humano generis redemptione incarnandum, moritum, & gloriæ resurrectum, quem ex totis eorum præcordiis desiderabant, & sperabant venturum. Hæc luculentiora fient ex mox dicendis de exaltatione Deiparae in hac Eliana familia.

1667 Etenim, Christi Domini, Matrisque Virginis cognitionem, atque mysteriorum utriusque notitiam ab Orbe condito, quasi per Majorum manus religiosè traditam, & tanquam ditissimum patrimonium apud posterios fuisse conservatam, compertū est inter Theologos. Videri possent Esdras lib. 4. cap. 14. Josephus lib. 1. Antiquit. Judaic. cap. 4. Origines super Numeros Hom. ultima, Eusebius cum Anotholio lib. 7. Historæ cap. 28. S. Hilarius in Ps. 2. & ex recentioribus Canis Episcopus lib. 3. de locis Theologicis cap. 3.

P. Ildeph. de Flores in Eccles.

3. Regu.

Eliæ nubecula, & hæc ius mysteriæ.

18. 44.

Joan. Jerof.

○ ○ 1669 Por-